5 Turtur ſignificat prædicationem & confeſsionem fidei, per ſuam loquacitatem. Sed columba ſignificat ſimplicitatem & manſuetudinem, 3. q. 37. 3. *ad* 4.

V

1 VAcuum non u it ante creationem, nec poſt, quia vacuum non eſt tantum, negatio, ſed privatio, ideſt ſpatium capax corporis ſine corpore. Nec fuit poſsibile, niſi potentia creantis, 1. q.46. 1. *ad* 4.

1 Vagatio mentis in oratione, tollit fructum ejus. Et eſt peccatum ex propoſito tantum, 22. q. 83. 1. 3. & *ad* 3.

2 Et eſt filia acediæ, 22. q. 35. 4. *ad* 2. & *ad* 3.

Vapor non aſcendit ad cacumina quorumdam montium, 1. q. 68. 2. c. fin.

Varro ſecundum Auguſtin. dixit, quod eſt Deus anima mundi, motu, & ratione mundum gubernans, 1. q.1. c.

1 Vas quandoque dicitur inſtrumentum operandi aliquid, 3. q. 62. 3. *ad* 1.

2 Vaſa ſacra, in neceſsitate Eccleſię, quoad materiam tantum poſſunt vendi integra, ad uſum Eccleſiæ. Si autem vendantur ad alium uſum, frangantur, præmiſſa oratione. Non autem vendi poſſunt ratione conſecrationis, ut ſcilicet pro ea aliquid plus exigatur, quia ſimonia eſſet, 22. q.100. 4. c. *ad* 2. & *ad* 3.

Ubique eſſe convenit ſoli Deo, 1. q. 8. 2. 4. o. & q. 16. 7. *ad* 2. & q. 52. 2. c. & q. 112. 1. c.

Velleitas, quæ ſecundum quoſdam eſt voluntas incompleta, eſt de impoſsibili, quia ſcilicet aliquis vellet illud, ſi eſſet poſsibile. Voluntas autem completa non eſt niſi de poſſibili, quod eſt bonum volenti, 12. q. 13. 5. *ad* 3. & 3. q.21. 4. c.

Velocior in fine eſt motus naturalis, & tardior in principio, motus autem violentus é converſo, 12. q. 34. 6. c. *ad* 2.

1 Velum templi duplex, ſcilicet interius ante ſancta ſanctorum, & exterius. Secundum ſciſſum eſt in paſsione Chriſti, non autem primum, 12. q.102. 4. *ad* 4.

2 Velum templi habebat quatuor colores, per quos quatuor elementa deſignantur, quæ non impediunt à divinis, ſcilicet byſſum, per quod deſignatur terra, quia byſſus, ideſt linum, de terra naſcitur; purpuram, per quam ſignificatur aqua: fiebat enim purpureus color ex quibuſdam conchis, quæ inveniuntur in mari; hiacintheum, per quem ſignificatur aer, quia habet aereum colorem; & cocum bis tictum, per quem deſignatur ignis. Vel per colores ejus quatuor, deſignantur quatuor virtutes, ſcilicet quia velum erat ornatum byſſo, ad deſignandum carnis puritatem; purpura autem ad figurandum paſsiones, quas ſancti ſuſtinuerunt pro Deo; cocco bis tincto, ad figurandum charitatem geminam, Dei, & proximi; Hiacintho autem ſignificabatur cœleſtis meditatio, 12. q.102. 4. *ad* 4. & *ad* 8.

Venatio, aucupium, & piſcatio ſunt à natura. Ideo ſunt ſecundum ſe licita, 1. q. 96. 1. c. & 22. q.64. 1. o.

1 Venalium rerum pretium conſideratur ſecundum uſum hominis, non autem ſecundum gradum naturæ rerum, 22. q. 77. 2. *ad* 3.

2 In illis eſt peccatum, quæ bis venduntur. Quod patet in iis quorum uſus non eſt aliud á re ipſa, in quibus rebus, qui rem vendit, vel mutat, cum in hujuſmodi tranſeat dominum ad accipientem, vel rem bis vendit, & eſt in venditionibus ad credentiam, dum plus pro dilatione volunt accipere, vel vendit quod non eſt. Et utrumque eſt uſurarium, & peccatum, 22. q.78. 1. o.

3 In domo autem ſunt duo, ſcilicet ſubſtantia, & uſus. Sed aliud eſt habere domum, & aliud uti domo. Unde ſeparatim poſſunt uſum vendere, ſine domus venditione, & ita in omnibus aliis hujuſmodi. Unde ſi aliqua ſunt quæ conſiſtant in ipſo uſu tantum, & uſus eorum eſt diſtractio, non poteſt fieri id quod de domo, 22. q.78. 1. o.

4 Denariis vero utimur diſtrahendo, & frumento conſumendo, & ideo ſi uſum vendis, bis vendis, 22. q. 78. 1. o.

5 Vendere ad terminum ſecundum juſti pretii quantitatem, non eſt uſura. Si autem cæteris paribus, fiat ultra juſti pretii quantitatem propter temporis expectationem, eſt peccatum uſuræ, 22. q. 78. 1. o. & 2. *ad* 7.

6 Vendens ſcienter rem quę deficit in ſpecie ſubſtantię, quantitate, vel qualitate, peccat. Non autem vendens ignoranter. Sed cum ſciverit, tenetur recompenſare, 22. *quæſt.* 77. 2. o.

7 Vendere carius quam emit eſt licitum, meliorando rem, vel ſi mutetur pretium ratione loci vel temporis; vel propter periculum transferendi vel faciendi fieri, 22. q. 77. 4. *ad* 5.

8 Illa ſuperabundantia quæ ex juſta permutatione ſeu venditione accidit, non habet vitium inæquitatis. Alias non fuiſſet venditio, vel permutatio juſta, 22. *quæſt.* 77. 4. *ad* 1.

9 Vendere rem plus notabiliter, quam valeat ſimpliciter ſibi, vel ipſi vendenti, non licet, quamvis lex humana permittat citra dimidium, 22. q. 77. 1. o.

10 Vendens non tenetur dicere publice vitium rei, nec in particulari, niſi propter damnum, vel periculum, 22. *quæſt.* 77. 3. o.

11 Venditor non tenetur dicere ementibus abundantiam venalium futuram per adventum aliorum mercatorum, nec minuere pretium, 22. q. 77. 4. *ad* 3.

12 Menſuras venalium oportet eſſe diverſas in diverſis locis, & eas inſtitui publica auctoritate, vel conſuetudine, 22. *quæſt.* 77. 2. *ad* 2.

Venter adulterę, portantis aquam zelotypiæ, ſemper intumeſcebat, 12. q.103. 2. *ad* 3.

1 Venus agit ex inſidiis, & furatur intellectum multum ſapientis, 22. q. 55. 8. *ad* 1.

2 Venus dicitur ab Ariſtotele doloſa, & corrigia ejus varia, ſecundum quamdam ſimilitudinem, inquantum ſcilicet hominem ſubito ſurripit, ſicut & in dolis agitur, non tamen per aſtutias, ſed magis per violentiam concupiſcentiæ & delectationis, *ibid.*

Verberare hominem nulli licet, niſi habenti poteſtatem ſupra eum, ut pater ſupra filium, & dominus ſupra ſervum, 22. q.65. 2. c. & q.72. 2. *ad* 2.

Verboſitas, curioſitas, importunitas, inquietudo, & inſtabilitas loci, vel propoſiti pertinent ad evagationem mentis. Ideo oriuntur ex acedia, 22. q. 33. 4. *ad* 3.

1 Verbum proprie importat rationem formæ exemplaris, quia eſt ars, 1. q. 3. 8. 2. *ad* 2.

2 Verbum cordis importat aliquid procedens ab intellectu, ut conſtitutum per operationem ejus, 1. q. 27. 1. c. fin. & q. 28. 4. *ad* 2. & q. 34. 1. c.

3 Verbum eſt ipſum intellectum, & id quod concipitur, 1. q. 22. 1. c. & q. 28. 4. *ad* 1. & q. 34. 1. c.

4 Quicumque intelligit, ex hoc ipſo quod intelligit, producit aliquid intra ipſum, ſcilicet verbum, 1. q. 27. 1. c.

5 Verbum in anima ſine actuali cognitione eſſe non poteſt, 1. q. 93. 7. c. *ad* 3.

6 Verbum cordis ſignificatum verbo oris eſt conceptio rei intellectæ, ex vi intellectiva proveniens, vel ex ejus notitia procedens, 1. q. 27. 1. 2. c. & q.28. 4. *ad* 1. & q.34. 1. o. & q.107. 1. c. & 12. q.93. 1. *ad* 2.

7 Nihil implicans contradictionem poteſt dici verbum, 1. q. 25. 3. c. fin.

8 Verba tenent præcipuum locum inter ſigna, quibus homo aliquid ſignificat alteri, 22. q.55. 4. *ad* 2. & q. 72. 1. c. & q. 110. 1. *ad* 2. & 3. q. 60. 6. c. *ad* 1. & *ad* 2.

9 Verbis utimur ad hominem, ut ei manifeſtemus noſtros conceptus, ad Deum autem, ut nos vel alios excitemus, 22. q.91. 1. c.

10 Verba ut ſigna, inferunt multa damna, & in verbo homo facile delinquit. Sed ſecundum ſuam eſſentiam, ideſt ut ſoni, non nocent niſi auditui, ſcilicet clamando, 22. q.72. 1. *ad* 1. & q. 89. 2. c. fin.

11 Verbum noſtrę mentis manet, non autem verbum vocale. Sed neutrum ſubſiſtit, verbum vero divinum manet & ſubſiſtit, 1. q. 37. 1. *ad* 2.

12 Verbum Dei eſt tantum unum perfectum, & idem quod eſſentia, ideo eſt filius. Non autem verbum noſtrum, niſi metaphorice, quia eſt multiplex, imperfectum, & accidens, 1. q. 27. 2. *ad* 2. & q. 33. 2. *ad* 3. & q. 34. 2. *ad* 1. & 3. c.

13 Diverſitas objectorum diverſificat ſpeciem verbi & amoris, 1. q. 93. 8. c.

14 Verbum duplex, ſcilicet verbum vocale, & mentale; primo reſpondet ſpiritus corporais, ſecundo vero ſpiritus intimi amoris, 1. q. 27. 1. c.

15 Verbum triplex, ſcilicet verbum cordis, vocis, & habens imaginem vocis, 1. q.27. 1. c.

16 Verbum proprie dicitur tripliciter, ſcilicet conceptus mentis, vox ſignificativa ejus, & imaginatio vocis. Improprie vero dicitur verbum, res ſignificata vel effecta verbo, 1. q. 34. 1. c.

17 Verbum ut ſignificat conceptum mentis, eſt in Deo proprie, ſecundum alias vero ſignificationes ejus, eſt in Deo metaphorice tantum, 1. q.34. 1. o. *ad* 1. & q.36. 2. *ad* 5.

18 In divinis eſt tantum unum verbum, 1. q.27. 5. *ad* 3. & q.34. 3. c. & q.41. 6. o.

19 * Verbum in divinis proprie, dicitur perſonaliter tantum, non autem eſſentialiter, 1. q.34. 1. o. & 12. q.93. 1. *ad* 2.

20 Verbum eſt in divinis ab ęterno, & non tantum ratione incarnationis ejus, 1. q. 34. 3. *ad* 2.

21 Verbum in divinis proprie, convenit ſoli Filio, figurative autem convenit Spiritui Sancto inquantum manifeſtat Filium, 1. q. 34. 2. o.

22 Deus eodem modo dicit ſe, & omnia alia, etiam creaturas, 1. q. 34. 2. *ad* 3. & 3. c. & q. 37. 2. c. *ad* 3.

23 Verbum Dei reſpectu non entium, eſt expreſsivum tantum, ſed reſpectu entium eſt etiam factivum, 1. q.34. 3. *ad* 5.

24 Verbum Dei reſpectu creaturarum, eſt expreſsivum, & operativum, ſed reſpectu eorum quæ ſunt in Deo, eſt expreſsivum tantum, 1. q. 34. 3. c.

25 Verbum principaliter refertur ad patrem, & quaſi per ſe, ſed ad creaturas refertur conſequenter & quaſi per accidens, 1. q.34. 3. o.

26 Verba ſignificantia aliquid devotionis, excitant mentes, & præcipue minus devotas. Sed verba pertinentia ad alia diſtrahunt mentem, & impediunt devotionem, 22. q. 83. 12. *ad* 2.

27 Verba & participia dicuntur de Deo, ratione æternitatis, quę continet omne tempus, 1. q. 13. 1. *ad* 3.

rum juſtitia, qua gravium damnorum metu contemnunt aliena, & avarorum temperantia, qua luxuriæ, quæ ſumptuoſa eſt, cohibent appetitum, & avarorum fortitudo, qua, ut ait Horatius, per mare pauperiem fugiunt, per ſaxa, per ignes, 22. q. 23. 7. c.

25 Virtutes, & vitia ſortiuntur ſpeciem ex eo quod eſt per ſe intentum, non autem ab eo quod eſt intentum per accidens, & præter intentionem, 22. q. 109. 2. *ad* 2. & q. 120. 2. c. *ad* 1.

26 Species virtutum diſtinguuntur ſecundum objecta, 22. q. 96. 3. c. & 22. q. 18. 2. c. & q. 19. 3. 4. 5. c. & q. 31. 4. c. & q. 47. 5. c.

27 Materia virtutum moralium, duplex ſcilicet propinqua, ideſt paſsiones ut plurimum, & remota, ideſt objecta paſsionum, 12. q. 60. 5. c. & 22. q. 31. 1. *ad* 2. & q. 32. 1. *ad* 4. & q. 117. 2. 3. o. & 6. c.

28 Objecta paſsionum diverſarum potentiarum comparata ad appetitum ſenſitivum, cauſant diverſitatem paſsionum; ad rationum vero comparata cauſant diverſitatem virtutum, 12. q. 60. 5. c.

29 Objecta paſsionum diverſarum potentiarum ſemper cauſant diverſas ſpecies virtutum moralium, 12. q. 60. 5. c.

30 Nihil poteſt eſſe ſubjectum virtutis ſimpliciter dictæ, niſi voluntas, vel potentiæ, ut motæ ab ea, 12. q. 55. 2. & 4. *ad* 3. & q. 56. 3. o. & q. 57. 1. c.

31 Nulla virtus eſt in voluntate, reſpectu boni ſibi proportionati, ſed tantum reſpectu Dei, vel proximi, 12. q. 52. 3. c. *ad* 1. & q. 56. 6. o.

32 Intellectus non poteſt eſſe ſubjectum virtutis, niſi vel ſecundum quid, ideſt virtutum intellectualium, vel ſimpliciter, ideſt inquantum movetur à voluntate, 12. quæſt. 56. 3. o.

33 Virtutes perficientes intellectum excludunt totaliter falſum, non autem virtutes perficientes appetitum, 22. q. 1. 3. *ad* 1.

34 Omnis virtus, & vitium eſt habitus voluntatis, & mentis cauſaliter, non autem ſubjective, 12. q. 56. 3. o.

35 Virtutes perficiunt nos, ad proſequendum debite inclinationes naturales. Ideo ad quamlibet inclinationem naturalem determinatam, ordinatur aliqua ſpecialis virtus, 22. q. 108. 2. c.

36 * Una & eadem virtus poteſt eſſe in diverſis potentiis, 12. q. 56. 2. c.

37 Nulla virtus proprie eſt in corpore, ſed tantum in anima, 12. q. 55. 2. c. & q. 56. 4. *ad* 3.

38 Omnis virtus circa paſsiones, eſt in appetitu ſenſitivo, 12. q. 56. 4. *ad* 4.

39 In Deo eſt potiſsime virtus, 1. q. 3. 6. *d*. 1. & q. 4. 2. *ad* 2.

40 Virtutes circa actiones, & virtutes in voluntate, vel virtutes in intellectu practico, vel ſpeculativo, ſine imperfectione, ſunt proprie in Deo. Non autem virtutes circa paſsiones in bonum ſpirituale, niſi metaphorice. Sed virtutes circa paſsiones in bonum corporale, nullo modo. Nec virtutes vitæ activæ, ut eam perficiunt, 1. q. 21. 1. *ad* 1. & 12. q. 61. 5. c. *ad* 1.

41 Virtus ordinata ad bonum, ſecundum regulam rationis humanæ, poteſt cauſari in nobis ex actibus noſtris, non autem quę ſecundum regulam divinam, 22. q. 51. 2. 3. 4. o. & q. 55. 4. c. *ad* 6. & q. 63. 2. 3. o. & q. 65. 2. c. & q. 92. 1. *ad* 1.

42 Virtutes inſunt nobis à natura, ſecundum aptitudinem, & inchoationem, non autem ſecundum perfectionem, præter virtutes theologicas, quæ ſunt totaliter ab extrinſeco, ſcilicet à Deo, 12. q. 51. 1. o. & q. 63. 1. o. & 2. *ad* 3. & 3. c. & q. 71. 2. *ad* 1. & q. 85. 1. c. & q. 95. 1. c. & 22. q. 47. 1. 5. o. & q. 80. 2. c. & q. 123. 1. *ad* 3. & q. 141. 1. *ad* 2.

43 Virtutes quædam præter theologicas, cauſantur in nobis á Deo immediate, ad finem ſupernaturalem, 12. q. 51. 4. c. & q. 63. 3. o.

44 Virtutes infuſæ cauſantur in nobis à Deo, ſine nobis agentibus, non autem ſine nobis conſentientibus, 12. q. 55. 4. *ad* 6.

45 Determinatio actus virtuoſi, ad proprium, & per ſe objectum virtutis, eſt ſub neceſsitate præcepti, ſicut etiam actus virtutis. Non autem ad ea quæ accidentaliter, & ſecundario ſe habent ad proprium, & per ſe virtutis objectum, 22. q. 2. 5. c.

46 Actus virtutis, & virtus, eodem nomine quandoque nominatur, 22. q. 137. 1. *ad* 2.

47 Ex hoc actus eſt virtuoſus, quod per rationem ordinatur ad aliquod bonum honeſtum, 22. q. 147. 1. c.

48 Virtus proprie non poteſt dici actus, niſi ſicut habitus nominatur per actus, quia virtus ſemper includit reſpectum ad illud, cujus eſt principium, 12. q. 70. 1. *ad* 3.

49 Aliqui actus ſunt aliquibus virtuoſi, tanquam eis proportionati, & convenientes, qui tamen aliis ſunt vitioſi, tanquam eis non proportionati, 12. q. 95. 3. *ad* 3.

50 De ratione actus virtuoſi ſunt quatuor, ſcilicet, quod operans ſciat, quod eligat propter bonum, & immobiliter, 12. q. 100. 9. c. & 22. q. 58. 1. c.

51 Actus virtutis dicitur dupliciter, ſcilicet materialiter, & formaliter. Primus poteſt eſſe ſine virtute, non autem ſecundus, 12. q. 93. 3. *ad* 2. & 22. 32. 1. *ad* 1.

52 Adjunctio actuum virtutum ſecundariarum, ad actus, & virtutes principales, magis eſt ſecundum convenientiam in modo qui eſt quaſi forma earum, quam ſecundum materiam, 22. q. 157. 3. *ad* 2. & q. 161. 4. o.

53 Actus interior, & exterior, non requirunt diverſas virtutes, 22. q. 31. 4. c.

54 Quælibet virtus principaliter eſt interius anima, ſed actus exteriores debent moderari ſecundum debitas circumſtantias, 22. q. 161. 3. *ad* 3.

55 Actus interiores, maxime pertinent ad virtutes, 12. q. 53. 2. *ad* 4.

56 Actus exteriores ſunt proprie actus illarum virtutum, ad quarum fines, ſecundum ſpeciem ſuam ordinantur, 22. q. 31. 1. c.

57 Quælibet virtus moderans amorem aliquorum bonorum, moderatur etiam ex conſequenti timorem contrariorum malorum, 22. q. 123. 4. *ad* 2.

58 Actus exteriores ſunt illius virtutis, cujus eſt movere ad eos, 22. q. 32. 1. c.

59 Diverſi actus ejuſdem bonitatis pertinent ad eamdem virtutem, ſi autem ſint diverſæ bonitatis, pertinent ad diverſas, 22. quæſt. 51. 2. c.

60 Diverſitas virtutum eſt ex diverſitate actuum, quorum eſt diverſa ratio bonitatis, 22. q. 51. 2. 3. c. & q. 161. 2. *ad* 3.

61 Actus unius virtutis ut elicientis, poteſt attribui alteri virtuti ut imperanti, 12. q. 114. 4. *ad* 1. & 22. q. 32. *ad* 2. & q. 85. 3. c. & q. 88. 6. c. & q. 147. 2. *ad* 2.

62 Virtutes ſunt non æquales, ſed una virtus eſt major alia, & in diverſis ſpeciebus, & in eadem ſpecie; non quidem ſecundum ſe, ſed ex parte ejuſdem hominis in diverſo tempore, vel ex parte diverſorum hominum propter majorem aſſuefactionem, vel meliorem diſpoſitionem naturæ, vel rationis, vel propter majus donum gratię Dei, 12. q. 66. 1. c. & 2. c. & q. 73. 1. *ad* 3. & q. 112. 4. c. & 22. q. 5. 4. c.

63 Virtutes quæ ſimpliciter ordinant nos in bonum ſunt ſimpliciter digniores virtutibus retrahentibus nos à malo, 22. q. 157. 4. s.

64 Quælibet virtus tanto excellentior eſt, quanto ad altius bonum ordinatur, 12. q. 111. 6. c. & q. 112. 4. c. & 22. q. 117. 6. c. & q. 136. 2. c.

65 Omnes virtutes in eodem ſunt æquales ſecundum proportionem, quia æqualiter creſcunt, 12. q. 66. 1. *ad* 1. & q. 73. 2. *ad* 3.

66 Virtutes theologicæ ſunt cæteris virtutibus nobiliores, 12. q. 68. 8. o. & 22. q. 9. 1. *ad* 3. & q. 19. 9. *ad* 4. & q. 23. 6. c. & q. 104. 3. c. & q. 117. 6. c. & q. 141. 8. o. & q. 161. 5. c.

67 Virtutes theologicæ ſunt priores cæteris virtutibus, 22. q. 4. 7. c. & q. 10. 1. *ad* 1.

68 Sunt cauſæ cæterarum virtutum, 12. q. 63. 3. c. & 22. q. 161. 4. *ad* 1.

69 Virtutes theologicæ habent ultimum finem pro objecto; alię autem virtutes ſunt circa ea quę ſunt ad finem, 22. quæſt. 4. 7. c. & q. 81. 5. c.

70 Non ſunt virtutes humanæ, ſed ſuperhumanæ, vel divinæ. Et conveniunt homini, prout per gratiam participat naturam divinam, 12. q. 58. 3. *ad* 3. & q. 61. 1. *ad* 2. & q. 62. 1. c. *ad* 1. & 2. 3. o.

71 Virtutes habentes pro objecto bonum ſpirituale, ſcilicet virtutes theologicæ, virtutes intellectuales, ſunt ſimpliciter nobiliores virtutibus habentibus pro objecto bonum corporale, vel aliquid ei adjunctum, 22. quæſt. 136. 2. c.

72 * Una virtus eſt prior alia ſecundum actus, licet ſimul infundantur omnes á Deo ſecundum habitus, 12. q. 62. 4. c. & 3. q. 85. 6. c.

73 Virtutes naturales ſunt nobiliores virtutibus acquiſitis, ſed ſunt minus nobiles virtutibus infuſis, 12. q. 63. 2. *ad* 3.

74 Virtutes intellectuales ſunt ſimpliciter nobiliores virtutibus moralibus propter nobilius objectum, ſed eſt è converſo, ſecundum quid, ſcilicet ut virtutes, & reſpectu actuum, 22. q. 61. 1. *ad* 3. & q. 66. 3. o. & q. 68. 7. 8. c. & 22. q. 23. 6. *ad* 1. & q. 161. 5. c.

75 Virtutes intellectuales, & morales perficiunt intellectum, & appetitum in ordine ad regulam, & menſuram creatam, virtutes vero theologicæ ad regulam, & menſuram increatam, 12. q. 62. 2. *ad* 1. & q. 64. 4. *ad* 2.

76 Morales ſunt permanentiores intellectualibus, propter exercitium, ſed è converſo propter objectum, 12. q. 53. 1. *ad* 3. & 22. q. 66. 3. *ad* 1.

77 Morales ſunt neceſſariores ad vitam humanam, intellectualibus, 12. q. 66. 3. *ad* 1.

78 Una virtus alteri virtuti non contrariatur aut repugnat, ſed vitio; quia ſecundum Philoſophum, bonum non eſt bono contrarium, 22. q. 101. 4. c.

79 * Vitium non tantum opponitur virtuti perfectę ſed etiam imperfectæ in genere virtutis, ſcilicet habilitati naturali ad bonum, & diſpoſitioni ad virtutem, 12. q. 73. 2. *ad* 2. & q. 74. 1. *ad* 2.

80 Omne vitium quod magis opponitur virtuti, nominatur ex defectu virtutis, 22. quæſt. 107. 2. c.

81 Cum virtus magis opponitur uni extremo vitiorum, quam alteri, illud vitium magis oppoſitum nominatur nomine paſsionis, ad quam refrænandam virtus principaliter ordinatur, 22. q. 21. 3. c. & q. 53. *princ.*

82 Vitia inquantum ſunt contra bonum rationis, contrariantur virtuti, inquantum autem ſunt contra inſtinctum divinum, contrariantur donis, 12. q. 68. 1. *ad* 2.

83 Multa vitia opponuntur uni virtuti dupliciter, ſc. ſecundum diverſam habitudinem ad virtutem, & ſecundum diverſas circumſtantiarum corruptiones, 22. q. 10. 5. c. & q. 92. 1. c. & 2. *ad* 1.

3 Naturalius eſt homini appetere vindictam injuriarum illatarum, quam ab hoc deficere, quia vix alicui nimis parvæ videntur injuriæ ſibi illatæ, ſecundum Salluſtium, 22. q. 157. 2. ad 2.

4 Vindicatio, & inflictio pœnę peccanti, eſt licita, ſi ſit propter bonum, ſcil. vel emendationis, vel cohibitionis, vel quietis aliorum cum aliis debitis circumſtantiis, non autem ſi ſit ex odio, vel principaliter intendatur malum peccantis, 22. q. 108. 1. o. & 3. c. & q. 158. 1. c. ad 3. & 2. c. & 3. o. & 3. quæſt. 15. 9. c.

5 Fortitudo diſponit ad vindictam removendo prohibens, zelus autem importat primam radicem ejus, quia actus cujuslibet virtutis procedit ex radice charitatis, 12. q. 105. 2. ad 10. & 22. q. 108. 2. ad 2.

6 Vindicatio debet fieri per privationem eorum quæ peccans diligit, ſcilicet per mortem, verbera, talionem, vincula carcerem, ſervitutem, damnum, exilium, ignominiam, & hujuſmodi, 22. q. 108. 3. o.

1 Vinum vitis eſt proprie vinum, alia vero per ſimilitudinem ejus, 3. quæſt. 74. 5. c. ad 1.

2 Calefacit, & lętificat, 22. q. 147. 8. ad 1. & 3. q. 74. 5. o.

3 Uſus vini eſt illicitus per accidens tantum, ſcilicet vel propter conditionem ejus, qui faciliter læditur ex eo, vel propter exceſſum, vel votum, vel ſcandalum, 22. q. 149. 3. o.

4 Vinum antiquitus mulieres apud Romanos non bibebant ſecundum Valerium, 22. q. 149. 4. c.

Violari quæcumque non licebat, dicebantur antiquitus ſancta, vel ſacroſancta, ut muri civitatis, & perſonæ in dignitate conſtitutæ, 3. q. 60. 1. ad 2.

1 Violentia eſt à principio extrinſeco, nil conferente, eo quod vim patitur, ut ſcilicet ſic patiatur: id autem fit quantum ad inclinationis finem, ut ſi lapis projiciatur ſurſum, qui inclinatur deorſum ferri; ſecundo quoad modum tendendi, ut ſi lapis velocius quam ſit ejus inclinatio projiciatur deorſum, 22. quæſt. 175. 1. c.

2 Violentia nemini convenit, niſi per publicam poteſtatem, 22. q. 68. 8. c.

1 Virginitas eſt ſpecialis virtus, 12. q. 63. 1. ad 3. & 22. q. 152. 1. ad 1. & 3. o. & q. 155. 1. c. ad 3.

2 Dicitur á virore, quia importat immunitatem á concupiſcentiæ aduſtione, circa delectationes venereas, 22. q. 152. 1. c.

3 Secundum Auguſt. eſt in carne corruptibili, incorruptionis perpetua meditatio, 22. q. 152. 1. ad 1.

4 Virginitas quoad ſuum materiale, ideſt pro incorruptione ſignaculi, vel irreſolutione ſeminis propter delectationem eſt à natura, ſed quoad ſuum formale, ideſt pro habitu, quo quis proponit ſeu elegit perpetuo ſervare integritatem mentis, & corporis, vel ſine voto, vel præcipue cum voto, eſt ex gratia Dei, 22. q. 152. 3. ad 1.

5 In delectatione venerea ſunt tria, ſcilicet violatio ſignaculi virginalis, reſolutio ſeminis delectationem cauſans, & propoſitum hujus; remotio primi ſe habet ad virginitatem per accidens, remotio ſecundi ſe habet ad eam materialiter, remotio tertii ſe habet ad eam formaliter, & completive, 22. quæſt. 152. c. ad 3. & 3. o.

6 Virginitas perdita non poteſt reparari, ratione pręteriti, ſed bene quoad omnem integritatem, operante Deo, & quoad virginitatis propoſitum: nulla tamen potentia fieri poteſt, ut quę corrupta eſt, non corrupta fuerit, 1. quæſt. 154. ad 3. & 22. quæſt. 152. 3. ad 3.

7 Corruptio triplex, ſcilicet corporalis tantum, ideſt fractio ſignaculi virginalis, vel reſolutio ſeminis, quocumque modo, corruptio mentis tantum, ideſt conſenſus in rem veneream ſine opera, & utraque ſimul; in tertia amittitur virginitas irreparabiliter, in ſecunda reparabiliter, in prima vero nullo modo, 22. q. 152. 1. o. & 3. ad 3.

8 Virginitas, & pudicitia ſunt in anima eſſentialiter, in carne vero materialiter, 22. q. 152. 1. ad 1.

9 Virginitas ſe habet ad caſtitatem, ſicut magnificentia ad liberalitatem, 22. q. 152. 3. c. fin. & ad 5. & q. 15. 5. c.

10 Virginitas eſt illuſtrior portio gregis Chriſti, ſecundum Cyprianum, & ſupremum decorem ſibi vendicat ſecundum Ambroſium; quia eſt ſupremus gradus temperantiæ, & eſt virginum ſublimior gloria, per comparationem ad viduas, & conjugatas, 22. quæſt. 152. 5. c. ad 1.

11 Virginitas eſt maxima virtus, non quidem ſimpliciter, ſed in genere caſtitatis, ſcilic. caſtitatis virginalis, conjugalis, & vidualis, non autem eſt maxima virtutum ſimpliciter, quia eſt minor virtutibus theologicis, & religione, quarum actus eſt ipſa occupatio circa res divinas; & ideo præferuntur virginitati, 22. q. 152. 3. c. ad 5. & 4. 5. o. & q. 153. 2. ad 2. & q. 155. 1. o. & 4. c. ad 1. & q. 185. 4. o.

12 Conjugatus poteſt eſſe melior virgine dupliciter, ſcilicet, ſi habeat animum magis paratum ad virginitatem ſi oporteret, licet non eam habeat in opere, ſed in ſolo habitu, & propter aliquam aliam excellentiorem virtutem, 22. q. 152. 4. ad 1. & ad 2.

13 Virginitas non oponitur luxuriæ ſicut extremum, ſed ſicut medium, 22. q. 152. 2. ad 2.

14 Virginitas ut virtus non poteſt amitti ſine peccato, quia firmata eſt per votum, 22. q. 152. 3. ad 4.

15 * Quoad ſuum formale poteſt reparari per pœnitentiam, & ſęmper eſt cum cæteris virtutibus, non autem quoad materiale ejus, 22. q. 52. 3. ad 2. & ad 3. & 3. quæſt. 89. 3. ad 1.

16 Fractio ſignaculi virginalis quocumque modo, ſine propoſito delectationis, non magis præjudicat virginitati, quam fractio manus, vel pedis, 22. q. 152. 1. ad 3.

17 Virginitas ad vacandum liberius Deo, & contemplationi ejus, non eſt vitioſa, ſed eſt licita, & laudabilis, 22. quæſt. 152. 2. o. & 3. 5. c.

Virilitas eſt idem quod fiducia; ideo eſt pars potentialis fortitudinis, 22. q. 128. ad 6.

1 Virtus nominat perfectionem potentiæ, quia de ratione virtutis eſt, quod ponat potentiam in ultimo quoad actum, quoad objectum, & quoad modum agendi, 12. q. 55. 1. 2. 3. c. & q. 56. 1. c. & q. 66. 3. o. & 22. q. 51. 1. ad 2. & q. 129. 2. c.

2 Quandoque ſumitur pro omni quod poteſt eſſe principium operationis, vel motus, 12. q. 26. 2. ad 1. & q. 41. 1. ad 1.

3 Importat directe diſpoſitionem habentis ſe convenienter, ſecundum modum ſuæ naturæ, ſed conſequenter importat bonitatem, 12. q. 71. 1. o.

4 Eſt diſpoſitio perfecti ad optimum, inquantum dicit operationem, per quam res finem ſuum conſequitur, 12. q. 110. 3. o. & 22. q. 23. 7. c.

3 Omnis virtus humana potentiæ rationalis, eſt habitus; ſed potentia naturalis, eſt ſua virtus, 12. q. 55. 1. o. & q. 56. 3. c.

6 Quandoque virtus dicitur, id ad quod eſt virtus, ſcilicet vel objectum virtutis, vel actus ejus, ſicut fides dicitur quandoque id quod creditur, quandoque vero ipſum credere, quandoque autem ipſe habitus quo creditur, 12. q. 55. ad 1.

7 De ratione virtutis humanæ, eſt habitus operativus, & bonus, 12. q. 55. 2. 3. o. & q. 56. 1. c. & q. 71. 1. ad 2. & 22. quæſt. 58. 1. c.

8 Principale in virtute eſt electio, 22. q. 134. 3. ad 4.

9 Ubi eſt ſpeciale impedimentum rationis, ibi oportet eſſe ſpecialem virtutem, 22. quæſt. 149. 1. 2. c.

10 * Virtus eſt bona ſeipſa, & non per aliam virtutem, 12. q. 55. 4. ad 1.

11 Duplex, ſcilicet vera, & falſa, vel ſimulata, 22. q. 23. 7. ad 3.

12 Dicitur dupliciter, ſcilicet vera, & ficta, 22. q. 23. 1. c.

13 Duplex, ſcilicet propria, & aliena, 3. q. 43. 3. o.

14 Habitus moralis habet rationem virtutis, inquantum rationi conformatur, 12. quæſt. 58. 2. c. fin.

15 Virtus ſimpliciter dicta dicitur amor, ſecundum Auguſt. quia dependet á voluntate, cujus prima affectio eſt amor, 12. q. 56. 3. ad 1. & q. 62. 2. ad 3.

16 Virtus ſecundum Auguſt. eſt ordo vel ordinatio amoris, quia per eam amor in nobis ordinatur, 12. quæſt. 1. ad 4. & quæſt. 62. 1. ad 1.

17 Secundum Auguſt. eſt bonus uſus liberi arbitrii, quia virtus ordinatur ad eum ſicut ad proprium actum, 12. q. 55. 1. ad 1.

18 Secundum Aug. eſt bona qualitas mentis, qua recte vivitur, quia nullus male utitur, quam Deus in nobis ſine nobis operatur; quæ definitio tantum virtutis rationem complectitur; & convenit cuilibet virtuti præter ultimam partem, quæ convenit virtuti infuſæ tantum, 12. quæſt. 55. 4. o. & 22. quæſt. 168. 2. ad 2.

19 Virtus ut eſt in concupiſcibili, vel in iraſcibili, nihil aliud eſt, quam quædam habitualis conformitas earum ad rationem, 12. q. 56. 4. c. fin. & q. 92. 1. c.

20 Virtus univerſaliter eſt, quæ bonum facit habentem, & opus ejus reddit bonum; & hoc dupliciter, vel materialiter tantum, ut virtutes intellectuales; vel formaliter ut virtutes morales, 22. q. 17. 1. c. & q. 47. 4. c. & q. 58. 1. c.

21 Virtus dicitur ultimum potentiæ, quia ad illud potentia ordinatur, ſcilicet ad objectum, quia ibi virtus ſumitur pro objecto, 12. quæſt. 55. 1. ad 1. & 3. c. & 22. quæſt. 23. 3. ad 2.

22 De ratione virtutis eſt, quod ſe habeat tantum ad bonum, 22. q. 1. 3. ad 1. & q. 4. 5. c. & q. 23. 7. c. & q. 51. 1. 2. c. & q. 81. 4. c. & quæſt. 117. 6. c. ad 2. & 3. quæſt. 7. 6. ad 1.

23 Objectum cujuslibet virtutis eſt bonum circa propriam materiam. Sed virtutes nominatæ ab aliqua generali conditione virtutum illam ſibi materiam ſpecialiter vendicant, in qua difficillimum, & optimum eſt conditionem hujuſmodi obſervare; ſicut fortitudo pericula mortis, temperantia delectationes tactus, & ſobrietas menſuram circa delectationes cibi, & potus, 12. q. 63. 4. c. & 22. q. 149. 1. c. princ.

24 Virtus vera, & ſimpliciter ordinat ad principale bonum. Sed virtus vera, & ſecundum quid, & imperfecta ordinat ad particulare bonum. Falſa vero virtus abducit à principali bono. Sicut non eſt vera virtus avarorum prudentia, qua excogitant diverſa genera locellorum, & avarorum juſtitiâ, qua gravium damnorum metu contemnunt aliena, & avarorum

1 Verecundia non eſt virtus proprie, ſed large, inquantum eſt paſsio laudabilis, 22. q. 144. 1. o.

2 Eſt timor turpitudinis exprobrabilis. Et principaliter reſpicit vituperium. Sed reſpicit culpam conſequenter. Et hoc dupliciter, ſcilicet ceſſando & celando, 22. quæſt. 116. 2. ad 3. & quæſt. 144. 1. c. ad 2. & 2. o. & 4. c.

3 Verecundia non eſt timor de ipſo actu peccati, ſed de turpitudine vel ignorantia, vel convitio, vel opprobrio, 12. q. 41. 4. c. ad 2. & ad 3. & q. 42. 3. ad 4.

4 Homines maxime verecundantur de actibus venereis etiam in matrimonio, & de ſignis eorum, 22. q. 151. 4. c.

5 Verecundia non eſt de operibus virtutum, niſi per accidens, ratione falſę opinionis, vel propter notam præſumptionis vel ſimulationis, 22. q. 144. 2. ad 3.

6 Eſt ab iis, quorum teſtimonium eſt majoris ponderis, propter certitudinem & rectitudinem judicii, ſcilicet à ſapientibus & virtuoſis, vel ex cognitione, ſcilicet á notis & conjunctis, vel propter effectum nocentis, vel juvantis, 22. q. 144. 3. o.

7 Aliqua peccata graviora ſunt minus verecundabilia, quæ tamen ſunt minus turpia, vel quia ſe habent in exceſſu temporalis boni, 22. q. 116. 2. ad 3. & q. 144. 2. ad 4.

8 Verecundia eſt principium emendationis, quia in principio erubeſcimus oculos hominum; in fine vero oculos rationis & Dei, 22. q. 144. 4. ad 4.

9 Verecundia celat turpem actum, ſed erubeſcentia ceſſat à turpi actu, vel utraque propter timorem vituperii, 22. quæſt. 144. 2. c. fin.

10 Verecundia jacit prima temperantię fundamenta, ſecundum Ambroſ. inquantum ſcilicet incutit horrorem turpitudinis, 22. q. 144. 4. ad 4.

11 Ex ſæpius verecundari cauſatur virtus, qua vitantur turpia, non autem virtus qua quis verecundetur; tamen ſic diſponit, quod verecundaretur, ſi turpia ageret, 22. q. 144. 1. ad 5.

12 Verecundia non eſt in peſsimis, quia peccatum non reputant ut turpe. Nec eſt in virtuoſis & ſenibus, quia non apprehendunt illud poſsibile ſibi, nec eſt difficile eis ad vitandum, 22. q. 144. 4. o.

13 Convenit ſenibus & virtuoſis conditionaliter tantum, ſcilicet quia verecundarentur, ſi aliquid turpe agerent, 1. q. 95. 3. c. fin. & 22. q. 144. 4. c. 1. ad 5. & 4. c.

14 Carent verecundia homines in peccatis profundati, quibus ſua peccata non diſplicent, ſed magis de eis gloriantur, 22. q. 144. 4. c.

Quidam ſunt, qui non verentur alios contriſtare, 22. q. 116. 1. c.

1 Veritas octupliciter definitur, 1. q. 16. 1. c. fin.

2 Ratio veritatis conſiſtit in adæquatione rei & intellectus, 1. q. 21. 2. c.

3 Prius eſt in intellectu, quam in rebus, 1. q. 16. 1. o.

4 * Veritas magis fundatur in eſſe rei, quam in eſſentia rei, 22. q. 109. 1. c.

5 Dicit relationem, qua eſſe ordinatur ad intellectum, ſicut bonitas ad appetitum, 1. q. 16. 1. 3. c.

6 Veritas dicitur primo de intellectu, de enuntiatione vero, inquantum eſt ſignum ejus, de re autem ut de cauſa, 1. q. 16. 7. 8. c.

7 Veritas non entium, ut chimeræ, vel aliorum hujuſmodi, eſt tantum in intellectu, & ab eo cauſatur, 1. q. 16. 3. ad 2. & 5. ad 3. & 7. ad 4.

8 Ad veritatem locutionum requiruntur res ſignificata, & modus ſignificandi, 1. q. 39. 4. 5. c.

9 Veritas enunciabilium non eſt aliud quam veritas intellectus, quia enunciabile ut eſt in intellectu, habet per ſe veritatem; ſed in voce eſt verum, quia ſignificat veritatem intellectus, non autem per veritatem in enunciabili exiſtentem, 1. q. 16. 7. o.

10 Eadem eſt veritas, & rectitudo communium principiorum apud omnes, & æqualiter nota, ſed in ratione ſpeculativa eadem eſt, non autem æqualiter nota in concluſionibus; in practica vero ratione nec eſt eadem, nec æqualiter nota, 12. q. 94. 4. c.

11 Veritas triplex, ſcilicet cognitionis naturalis, infuſæ, & acquiſitę, 1. q. 60. 1. ad 3.

12 Homo pertingit ad cognitionem veritatis tripliciter, ſcilicet capiendo à Deo, ab homine, & per ſtudium; primo eſt neceſſaria oratio; ſecundo auditus; tertio meditatio, 22. q. 180. 3. ad 4.

13 Veritas quadruplex, ſcilicet vitæ, doctrinæ, juſtitię, & locutionis, 1. q. 16. 4. ad 3. & q. 21. 2. ad 2. & 22. q. 109. 3. ad 3.

14 Veritas eſt in intellectu Dei proprie & primo, ſed in intellectu noſtro eſt proprie, & ſecundario; in rebus autem eſt ſecundario & improprie, 1. q. 16. 7. 8. c.

15 Deus eſt veritas, 1. q. 16. 5. o. & 12. q. 3. 7. c.

16 Deus eſt ſumma, maxima, & prima veritas, 1. q. 16. 5. c.

17 Veritas in divinis ſumitur dupliciter, ſcilicet proprie, ideſt æqualitas intellectus Dei ad eſſentiam ejus principaliter, & ad creaturas conſequenter; & metaphorice, ideſt ſumma imitatio principii, primo modo dicitur tantum eſſentialiter, ſecundo autem perſonaliter, & convenit ſoli filio, 1. q. 16. 5. ad 2. & q. 39. 8. c.

Ani-

18 Anima non judicat de omnibus rebus ſecundum quamcumque veritatem, ſed ſecundum primam veritatem, inquantum reſultat in anima, ſicut in ſpeculo, ſecundum prima intelligibilia, 1. q. 12. 11. ad 2. & q. 16. 6. ad 1. & q. 84. 5. c. & q. 88. 3. ad 1. & 12. q. 93. 2. c. & 22. q. 173. 1. ad 2.

19 Omnis veritas eſt á Deo, 1. q. 16. 5. ad 3.

20 Veritas prima eſt finis omnium deſideriorum, & actionum noſtrarum, 22. quæſt. 4. 2. ad 3.

21 Omnes res ſunt veræ una veritate, ſcilicet Dei, ſicut principio effectivo, & exemplari, ſed multis formaliter, 1. q. 16. 6. o. & 12. q. 93. 1. ad 3.

22 Quęlibet veritas, præter primam, eſt aliquo modo mutabilis, 3. q. 16. 8. o.

23 Veritas qua quis dicit verum, & qua verax dicitur, eſt virtus, non autem qua verum dicitur, ſed objectum, & finis virtutum, 1. q. 16. 4. ad 4. & q. 17. 1. c. & 22. quæſt. 109. 1. o.

24 Hæc virtus non eſt virtus theologica, nec virtus intellectualis, ſed eſt virtus moralis; & medium ejus eſt inter ſuperfluum, & diminutum, & hoc dupliciter, ſcilicet ex parte actus, & ex parte objecti, 22. q. 109. 1. ad 3.

25 Et eſt ſpecialis virtus, 22. quæſt. 109. 2. o.

26 Ad virtutem veritatis pertinet, talem ſe exhibere exterius per ſigna exteriora, ſcilicet verba, & facta, qualis eſt, 22. q. 109. 1. c. ad 3. 2. c. & 3. ad 1. & ad 3. & quæſt. 110. 1. c.

27 Hęc virtus eſt pars annexa juſtitiæ, quia utraque eſt ad alterum, & utraque æqualitatem conſtituit; ſed juſtitia ſecundum debitum legale, veritas autem ſecundum debitum morale, 22. q. 109. 3. o.

28 Et declinat plus in minus, quam in majus, non quidem negando verum, ſed affirmando, 22. q. 109. 4. o. & q. 129. 3. ad 5.

29 Veritas vitæ eſt communis ad quamlibet virtutem, 22. q. 109. 2. ad 3.

30 Veritas amatur per ſe, ſed oditur per accidens, 12. quæſt. 29. 5. o. & 22. quæſt. 15. 1. ad 3.

31 Veritas creata eſt major anima ſecundum quid, ut perfectio ejus, non autem ſimpliciter, 1. q. 16. 6. ad 1.

32 Verum dicitur dupliciter, ſcilicet verum veritate eſſentiæ, & verum veritate proprietatum, 1. q. 68. 4. c. & 22. q. 77. 2. ad 1.

33 Ens eſt de ratione veri, non autem è converſo; ideo verum non poteſt intelligi, non intellecto ente, ſed bene è converſo, non autem vero non exiſtente, 1. q. 16. 3. ad 3.

Veſpertilio circa terram volat, ideo ſignificat præditos ſcientia ſæculari, qui ſola terrena ſapiunt, 12. q. 102. 6. ad 1. fin.

1 Veſtigium trinitatis attenditur ſecundum appropriata, per quę veniri poteſt in trinitatem perſonarum, 1. q. 45. 7. ad 1.

2 Tres partes ejus diverſimode aſsignantur á diverſis, quæ tamen reducuntur ad principium, medium, & finem, 1. q. 5. 5. o.

3 Et repræſentat cauſam ut cauſam tantum, imago autem repræſentat etiam quoad formam cauſę, 1. q. 45. 7. c. & q. 93. 6. c.

4 Veſtigium trinitatis eſt in creatura ſecundum quod imitatur perfectionem Dei, ſeu conſequitur eſſe perfectum, 1. quæſt. 5. 5. o. & q. 45. 7. o.

5 Eſt in qualibet creatura, inquantum eſt creata, habens formam, & ordinem, licet proprie ſit tantum in individuis ſubſtantiæ, 1. q. 45. 7. o. & q. 73. 6. c.

1 In uſu vilium veſtium poteſt eſſe peccatum inanis glorię, & avaritiæ, & virtus humilitatis, ſignum contemptus mundi, pœnitentię, & triſtitiæ, 22. q. 169. 1. c. ad 2. & q. 109. 6. o.

2 Vitioſum eſt, quod vir veſtiatur veſte mulierum, vel è converſo, ad laſciviam; ſed poteſt eſſe ſine peccato, propter aliquam neceſsitatem; ſed prohibetur in lege veteri propter idololatriam, 12. q. 102. 6. ad 6. & 22. q. 169. 2. ad 3.

Vexationem redimere ſuam licet, juris ordine non prætermiſſo, 22. q. 66. 5. ad 3. & q. 100. 4. ad 3.

Hugo de ſancto Victore non eſt auctoritatis, 1. q. 1. 10. ad 2. & 22. q. 5. 1. ad 1. & 3. & q. 45. 2. c. & q. 50. 4. c.

1 Non oportet quod qui vadit per viam, in quolibet paſſu cogitet de fine viæ, 12. quæſt. 1. 6. ad 3.

2 Homini datur longior via quam angelo, quia magis diſtat à Deo per cognitionem, 1. q. 52. 5. ad 1.

Vicem Dei gerunt homines, in commiſsis hominum juriſdictioni; non autem quoad omnia, ut in inſtitutis à ſolo Deo, ſicut in matrimonio, & hujuſmodi, 12. q. 100. 8. ad 3. fin.

Vigilantia eſt idem quod ſolicitudo, & pertinet ad prudentiam, 22. q. 47. 9. o.

Vigilare cum aliquis vult diu de ſero, ex quo ſequitur quod non vadat hora matutinali ad Eccleſiam, tunc actus iſte interior, vel exterior, per accidens ſe habet ad peccatum omiſsionis, 12. q. 71. 5. c.

Vigiles, & curſores, & alii hujuſmodi, de ſuo labore viventes, intelliguntur de labore manuum ſuarum vivere, 22. q. 187. 3. c.

1 Vindicatio eſt virtus ſpecialis, quia ad hoc natura inclinat, 22. q. 108. 2. o.

2 Conſiſtit in medio duorum vitiorum, ſcilicet crudelitatis, & ſævitiæ, ſecundum exceſſum; & remiſsionis ſecundum defectum, 22. q. 108. 2. ad 3.

84 * Non oportet quod principale vitium opponatur principali virtuti, 12. q. 84. 4. *ad* 1. & 22. q. 34. 5. *ad* 1. & q. 118. 7. *ad* 1. & q. 142. 3. *ad* 1. & q. 162. 6. *ad* 2. & 7. *ad* 3.

85 Multa vitia opponuntur ſecundum diverſos actus eidem virtuti, 22. q. 29. 4. *ad* 3.

86 Virtuti ut ſic opponitur vitium. Sed ut bonitati, opponitur malitia. Peccatum autem opponitur ei, ut operativæ boni, 12. quæſt. 71. 1. *o.*

87 Actus vitii poteſt eſſe cum habitu virtutis, & è converſo, niſi actus excludat cauſam habitus, 12. q. 63. 2. *ad* 2. & q. 71. 4. *o.* & q. 73. 1. *ad* 2. & q. 77. 2. *ad* 3. & 22. q. 22. 12. *c.*

88 Vitium directe opponitur virtuti, non autem peccatum, niſi ſecundum actum, ſed opponitur actui virtuoſo, 12. q. 71. 4. *o.*

89 Directa oppoſitio vitiorum ad virtutes, non attenditur ſecundum cauſas, quia contingit unum vitium oriri ex diverſis cauſis. Sed attenditur ſecundum ſpeciem actus, 22. q. 116. 1. *ad* 1. & q. 127. 2. *ad* 1. & q. 133. 2. *c.* & q. 138. 2. *ad* 1.

90 Nec etiam attenditur ſecundum effectus, 22. q. 127. 2. *ad* 2. & q. 132. 2. *ad* 3. & q. 133. 3. *c.*

91 Habitus virtutis, & vitii corrumpuntur per judicium rationis, vel in contrarium moventis, vel ex ignorantia, vel paſsione, vel electione, 12. q. 53. 1. *c.* fin.

92 Diverſitas finium diverſificat virtutes, 12. q. 54. 2. *ad* 3.

93 Virtutes theologicæ differunt ſpecie à moralibus, & intellectualibus, 12. q. 62. 2. *c.*

94 * Virtus infuſa, differt ſpecie à virtute acquiſita dupliciter, ſcilicet ratione diverſæ regulæ, & ratione diverſi finis, 12. q. 63. 4. *o.*

95 Virtutes morales differunt ſubjecto ab intellectualibus. Sed virtutes theologicæ differunt objecto ab utriſque, 12. q. 58. 2. *o.* & q. 62. 2. *o.*

96 Objectum virtutum moralium, & intellectualium, eſt proportionatum naturæ hominis. Non autem objectum virtutum theologicarum, ſed eſt ſupra rationem, & ſupra naturam, 12. q. 58. 3. *ad* 3. & q. 62. 1. *c.* & 2. 3. *o.* & q. 63. 3. *o.*

97 Homo ſecundum virtutes morales, dicitur ſimpliciter bonus, non autem ſecundum intellectuales, 12. q. 56. 3. *c.* & q. 68. 3. *ad* 2. & 22. q. 23. 7. *ad* 5.

98 Virtus ſumitur tripliciter, ſcilicet pro habitu, pro objecto, & pro actu ejus, 12. quæſt. 55. 1. *ad* 1.

99 Virtus pro habitu, dividitur in diverſa genera virtutum analogice, quia bonum rationis non eſt in omnibus ſecundum eundem ordinem, 12. q. 61. 1. *ad* 1.

100 Genus virtutum triplex, ſcilicet theologicarum, intellectualium, & moralium, 12. q. 68. 8. *c.*

101 Virtus humana ſufficienter dividitur per intellectuales, & morales, 12. q. 58. 3. *o.*

102 Virtus dicitur dupliciter, ſcilicet ſimpliciter, ideſt quę facit recte operari, ut virtutes morales, & ſecundum quid, ideſt quę facit facultatem recte operandi, ut intellectuales, 12. q. 56. 3. *o.* & q. 57. 1. *o.* & 3. 4. *c.* & q. 61. 1. *c.* & q. 66. 3. *c.*

103 Partes quæ ſingulis virtutibus aſsignantur, non ſunt partes integrales, ſed partes ſubjectivæ, vel potentiales, 12. q. 64. 4. *ad* 2.

104 Virtus dicitur eſſe aliquorum, dupliciter, ſcilicet ut objectorum, & ut actuum, 12. q. 57. 1. *ad* 2.

105 Aliquid poteſt procedere ex radice virtutum dupliciter, ſcilicet directe, ideſt actus ejus, & indirecte, ideſt occaſionaliter, ſcilicet peccatum, 22. q. 20. 1. *ad* 2.

106 Aliquid impedit virtutem dupliciter, ſcilicet, vel quoad communem ſtatum ejus, ſcilicet tantum peccatum, vel quoad perfectum ſtatum, ſcilicet aliquid minus bonum, 22. q. 153. 2. *ad* 1.

107 Virtutes aliquas oportet eſſe theologicas, ad acquirendum beatitudinem ſupernaturalem, 12. q. 62. 1. *o.* & 2. 3. *c.*

108 Virtutes theologicæ dicuntur, quia habent Deum pro objecto, tantum á Deo infunduntur, & tantum per revelationem Dei in ſacra Scriptura traduntur, 12. q. 63. 1. *c.* & 22. q. 175. 6. *c.*

109 Virtutes theologicæ ſunt, quibus mens humana Deo conjungitur, 12. q. 68. 8. *c.* & q. 104. 3. *c.* & q. 151. 2. *c.*

110 Habent idem pro objecto & fine, ſcilicet Deum, 12. q. 62. 1. 2. *c.* & q. 107. 1. *ad* 1. & 22. q. 4. 1. 7. *c.* & q. 17. 5. 6. *c.* & q. 19. *c. ad* 2. & q. 20. 3. *c.* & q. 23. 6. *c.* & q. 81. 5. *o.* & q. 161. 4. *ad* 1. & 5. *c.*

111 Habent duplicem regulam ſeu menſuram, ſcilicet Deum, & capacitatem noſtram, 12. q. 64. 4. *c.*

112 Non ſunt virtutes exemplares, quia non dicuntur theologicæ, quod Deus eis ſit virtuoſus, ſed nos ad Deum, & á Deo, 12. q. 62. 1. *ad* 2.

113 Sunt tantum tres, ſcil. fides, ſpes, & charitas, 12. q. 62. 3. *o.* & 22. *pr.* & q. 17. 6. *o.*

114 Secundum habitus ſunt ſimul, ſed ſecundum actus, via generationis fides eſt prima, ſpes ſecunda, & charitas tertia. Sed ordine perfectionis eſt è converſo, 12. q. 62. 4. *o.* & 22. q. 17. 7. 8. *o.*

115 Sapientia non eſt virtus theologica, quia non eſt de Deo immediate, & ſecundum quod in ſe eſt, ſicut fides, ſed de Deo per effectus ejus, 12. q. 52. 2. *ad* 2.

116 Virtutes intellectuales ſunt eorum per quæ homo fit beatus, vel ſicut virtus actuum, & dupliciter, ſcilicet meritorie, & inchoative; vel ſicut virtus objectorum: non autem ſicut ſubjectorum, niſi forte effective, 12. quæſt. 57. 1. *ad* 2.

117 Virtutes intellectuales ſunt tantum tres ſpeculativæ; ſcilicet ſapientia, intellectus, & ſcientia, & duæ practicæ, ſcilicet prudentia, & ars, 12. q. 57. 2. *o.* & q. 68. 7. *c.* & 22. q. 4. 8. *c.* & q. 47. 5. *c.*

118 Omnis virtus intellectualis ſpeculativa, eſt tantum circa neceſſaria, practica vero, eſt tantum circa contingentia, 12. q. 57. 5. *ad* 3. & q. 66. 3. *ad* 3. & 22. q. 4. 8. *c.* & q. 47. 5. *c.*

119 Bonum virtutis intellectualis, eſt verum, ſpeculativæ quidem abſolute, practice vero ſecundum conformitatem ad appetitum rectum, 12. q. 57. 3. *ad* 3. & q. 64. 3. *c.*

120 * Virtutes intellectuales non ſunt connexæ ad invicem, 12. q. 65. 1. *ad* 3.

121 Intellectuales ſpeculativæ præferuntur intellectualibus activis, 12. q. 68. 7. *c.*

122 Speculativæ, non ex æquo diſtinguuntur ad invicem, ſed ordine quodam, ſicut in totis potentialibus, quorum una pars eſt perfectior altera, 12. q. 57. 2. *ad* 1.

123 Virtutes morales poſſunt eſſe ſine intellectualibus, pręter prudentiam, & intellectum, & è converſo, præter prudentiam, 12. quæſt. 58. 4. 5. *o.*

124 Nulla virtus moralis eſt paſsio, quia paſsio eſt motus, & eſt indifferens ad bonum, & ad malum; habens principium in appetitu, & terminum in ratione. Sed virtus eſt è converſo, 12. q. 59. 1. *o.*

125 Non omnis virtus dicitur moralis, ſed tantum illa quæ eſt in vi appetitiva, 12. q. 58. 1. *o.* & q. 68. 8. *c.*

126 Virtus moralis non eſt una tantum, ſed multæ ſecundum ſpeciem, 12. q. 60. 1. *o.*

127 Multæ ſunt virtutes morales circa operationes humanas, ſecundum diverſas rationes debiti, quæ tamen omnes habent rationem juſtitiæ, 12. q. 60. 3. *o.*

128 Virtutes morales ſunt connexæ, 12. q. 65. 1. *o.* & 2. *c.* & q. 66. 2. *c.* & q. 68. 5. *ad* 3. & q. 73. 1. *o.* & 22. q. 129. 3. *ad* 2. & q. 134. 1. *ad* 1. & q. 146. 4. *o.* & q. 147. 2. *ad* 1. & q. 152. 3. *ad* 2. & q. 171. 4. *c.* & 3. q. 85. 7. *c.*

129 Finis cujuslibet virtutis moralis, eſt attingere medium in propria materia, quod determinatur ſecundum rectam rationem prudentiæ, 12. q. 66. 3. *ad* 3.

130 Habitus virtutum moralium cauſantur in potentiis appetitivis, ſecundum quod moventur à ratione, 12. q. 51. 2. *c. ad* 3. & 3. *c.* & q. 53. 1. *c.* fin.

131 Finis virtutum moralium eſt bonum humanum, ſcilicet eſſe ſecundum rationem. Ideo oportet fines earum in ratione præexiſtere, 22. q. 47. 6. *c.* & q. 123. 11. *ad* 2. & q. 136. 1. 2. *c.*

132 Omnis virtus moralis eſt circa delectationes, & triſtitias conſecutive, non autem objective, 12. q. 59. 4. *ad* 1. & q. 60. 2. *c.* & 22. q. 58. 9. *ad* 1.

133 Omnis virtus moralis habet aliquas operationes bonas, quarum eſt productiva, & aliquas paſsiones ſimiliter, ut delectationem, vel triſtitiam, quæ ſunt paſsiones. Tamen oportet alias virtutes eſſe circa operationes, & alias circa paſsiones, 12. q. 60. 2. *o.*

134 Virtus moralis poteſt eſſe cum paſsione, & triſtitia, & ſine paſsione. Nec quælibet eſt circa paſsiones, 1. q. 95. 2. *ad* 3. & 12. q. 95. *o.* & 22. q. 58. 9. *o.*

135 Multæ virtutes morales ſunt circa paſſiones. Tamen eadem virtus poteſt eſſe circa multas paſsiones, propter contrarietatem, vel propter eandem rationem repugnandi rationi, 12. q. 60. 4. *o.* item 8. *c.*

136 Virtutes morales circa paſsiones ſunt undecim, ſecundum Ariſt. ſcilicet fortitudo, temperantia, liberalitas, magnificentia, magnanimitas, philotimia, manſuetudo, amicitia, veritas, eutrapelia, & juſtitia. Sed ſunt duodecim cum juſtitia quę eſt circa operationes, 12. q. 61. 5. *c.* fin.

137 Eadem virtus moralis, ſc. temperantia, eſt circa omnes paſsiones concupiſcibilis, quia ſe conſequuntur, & ordinantur ad idem. Non autem circa paſsiones iraſcibilis, 12. q. 60. 4. *o.*

138 Eadem virtus moralis, circa contrarias paſsiones, 12. q. 50. 4. *c. ad* 2.

139 Ubi in actibus hominis eſt ſpecialis ratio bonitatis, oportet eſſe ſpecialem virtutem, 22. q. 109. 2. *c.* & q. 114. 1. *c.* & q. 137. 1. *c.* & q. 149. 1. *c. princ.* & 3. q. 85. 2. *c.*

140 Ubicumque eſt aliquis actus hominis bonus, oportet quod reſpondeat alicui virtuti humanæ, 22. q. 17. 1. *c.* & q. 81. 2. *c.* & q. 104. 2. *c.* & q. 109. 1. *c.* & 3. q. 85. 1. 2. *c.*

141 Inter virtutes morales tanto aliqua virtus eſt potior, quanto majus aliquid contemnit, ut Deo inhæreat, 22. quæſt. 61. 5. *c.* & q. 104. 3. *c.*

141 Inter virtutes morales tanto aliqua virtus eſt potior, quanto majus aliquid contemnit, ut Deo inhæreat, 22. q. 61. 5. *c.* & q. 104. 3. *c.*

142 Virtutes morales manent poſt hanc vitam in beatis quoad ſuum formale, ſcilicet quoad ordinem rationis; non autem quoad ſuum materiale, ſcilicet quoad inclinationem appetitus ad paſsiones, vel ad operationes hujus vitæ, 12. q. 67. 1. *o.* & 2. *c. ad* 3. & 4. *ad* 1. & q. 68. 6. *c.* & 22. q. 52. 3. *ad* 2. & q. 136. 1. *ad* 1. & q. 181. 4. *ad* 1.

143 Omnes virtutes morales reducuntur

ad quatuor virtutes cardinales, 22. prol. fin.

144 Et dicuntur virtutes cardinales principales, quia ſunt circa potiſsimum in materia virtutum. Cardinales vero dicuntur, quia ſunt fundamenta aliarum virtutum. Et ſunt virtutes generales virtualiter, 22. q. 129. 5. c. & q. 134. 4. c. & q. 137. 2. c. & q. 141. 7. c. & q. 143. c. & q. 160. 1. c.

145 Solæ virtutes morales, & prudentia, dicuntur virtutes cardinales, & principales, non autem intellectuales, neq theologicæ, 12. q. 61. 1. o. &. q. 66. 4. c.

146 Et ſunt tantum quatuor, ſcilicet prudentia, juſtitia, fortitudo, & temperantia, & 12. q. 61. 2. 3. o. & q. 66. 1. 4. c. & 22. pr. q. 123. 11. o. & q. 141. 7. o.

147 Et capiuntur dupliciter, ſcilicet, ut quatuor conditiones cujuslibet virtutis, ſcilicet diſcretio, rectitudo, firmitas, & modus, & ut determinantur ad principales materias. Primo modo ſunt virtutes generales, ſecundo vero modo ſunt virtutes ſpeciales, & realiter diſtinctæ, 12. q. 61. 2. 3. 4. o. & q. 65. 1. c. & q. 66. 2. c. & 22. q. 54. 8. ad 2. & q. 123. 2. 11. c. & q. 189. 1. c. princ.

148 Et ſunt quadruplices, ſcilicet exemplares, politicæ, purgatoriæ, & purgati animi, 12. queſt. 61. 5. o.

149 Solæ virtutes infuſæ ſunt perfectæ, & ſimpliciter virtutes, 12. q. 65. 2. c. & 22. q. 23. 7. c.

150 Virtus acquiſita diſponit ad naturam humanam, ſed virtutes infuſæ diſponunt hominem altiori modo, ad altiorem finem, & ad altiorem naturam, ſcilicet ad naturam divinam participatam, 12. q. 110. 3. c. & 22. q. 23. 7. c.

151 Virtutes infuſæ augentur per actionem Dei, acquiſitæ vero per actus noſtros, qui etiam diſponunt ad augmentum infuſarum, 12. q. 92. 1. ad 1.

152 Virtutes acquiſitæ ſicut perficiunt hominem ad ambulandum ſecundum quod congruit homini naturalis rationis, ſic virtutes infuſæ perficiunt hominem, ſecundum quod congruit lumini gratiæ, 12. q. 100. 3. c.

153 Virtutes infuſæ non auferunt contrarias diſpoſitiones, ſicut virtutes acquiſitæ; ideo patiuntur difficultatem in operando, non autem virtutes acquiſitæ, 12. q. 65. 3. ad 2. & ad 3. & 3. q. 89. 1. c.

154 Virtutes infuſæ auferuntur per quodlibet unum ſolum peccatum mortale, non autem virtutes acquiſitæ, 12. q. 63. 2. ad 2. & q. 65. 3. c. & q. 71. 4. c. & q. 73. 1. ad 2. & 22. quæſt. 24. 1. 2. c. & quæſt. 133. 1. ad 2.

155 Quilibet actus diſponit ad generationem virtutis acquiſitæ, ſed non complet eam, niſi ultimus actus perfectior aliis, agens in virtute omnium actuum pręcedentium, 22. quæſt. 24. 6. ad 2.

156 Finis virtutis acquiſitæ eſt bonum civile, ad quod dirigit; finis vero infuſæ eſt beatitudo cæleſtis, 12. q. 63. 4. c.

157 Virtus acquiſita diminui poteſt per ceſſationem actus ejus, non autem infuſa, quia virtus acquiſita dependet ab actu ſuo, non autem virtus infuſa, 22. q. 24. 10. o.

158 Virtutes morales acquiſitæ non manent poſt hanc vitam, nec infuſę quoad actus circa propriam materiam, ſed tantum quoad actus circa finem, 22. q. 181. 4. ad 1.

159 Virtus naturalis eſt determinata ad unum, rationalis ſe habet ad multa, 12. q. 49. 4. ad 2. & q. 50. 1. c. & q. 55. 1. c. ad 5.

160 Virtutes naturales agunt ex neceſsitate naturæ. Ideo peccatum non poteſt eſſe in actibus earum, ſi ſint virtutes integræ. Non autem virtutes animæ agunt ex neceſsitate, 12. q. 71. 4. c. ad 3.

161 Quælibet virtus completa, vel virtus inſtrumentalis, eſt complete in omnibus ſimul concurrentibus ad unam actionem, ſed eſt in ſingulis incomplete, 1. q. 76. 2. c.

Vim ſecundum jurà vi repellere licet, cum moderamine inculpatæ tutelæ, 12. q. 64. 7. c.

1 Viſionis nomen extenditur ad ſignificandum omnem cognitionem ſenſuum, & intellectus propter dignitatem viſus, & certitudinem ejus, 1. q. 67. 1. c. & 12. q. 67. 5. ad 3. & 22. q. 177. 1. ad 1.

2 Videri dicuntur, quæ per ſe movent intellectum, vel viſum ad ſui cognitionem, 22. q. 1. 4. 5. c.

3 Viſio triplex, ſcilicet corporalis, imaginaria, & intellectualis, quarum quælibet poteſt eſſe ſupernaturalis, 1. q. 93. 6. ad 4. & 22. q. 174. 1. ad 3. & q. 175. 3. ad 4.

4 Viſio corporalis, & intellectualis triplex, ſcilicet per eſſentiam, per ſimilitudinem acceptam à re immediate, & per ſpeculum, 1. quæſt. 56. 3. c.

5 Principium viſionis intellectualis triplex, ſcilicet lumen naturale, habituale, & primum intelligibile, per quod homo intelligit alia, 22. q. 15. 1. c.

6 In viſione corporali, & imaginaria eſt quædam trinitas, ſed imperfecta, ſicut & in viſione intellectuali, quia deficit conſubſtantialitas, & coæternitas, 1. q. 93. 6. ad 4.

7 Ad viſionem ſenſibilem, & intellectualem duo requiruntur, ſcilicet viſus, & unio ejus cum viſibili, 1. q. 12. 2. c.

8 Viſio intellectualis eſt excellentior viſione corporali, & imaginaria ſola, non autem cum viſione intellectuali, 3. q. 30. 3. ad 1.

9 Occupatio exterior facit minus videre in ſpeculabilibus, & clarius in agibilibus, propter experientiam & attentionem, 12. q. 40. 5. ad 1. & 22. q. 181. 2. ad 2.

1 Viſus habitus per generationem naturalem, & viſus cæci illuminati per miraculum, ſunt ejuſdem ſpeciei; ideo non poſſent eſſe ſimul in eodem oculo, ſicut duo accidentia, vel duæ formæ ejuſdem rationis, non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubjecto, 1. q. 94. 3. ad 1. & 12. q. 63. 4. ad 3.

2 Utimur pertinentibus ad viſum in intellectualibus, quia viſus ſpiritualior & ſubtilior eſt cæteris ſenſibus, ratione objecti & ratione immutationis, 1. q. 67. 1. c.

3 Senſibilia communia percipiuntur præcipue per tactum, & plus per viſum, 3. q. 55. 6. ad 4.

1 Vitæ nomen ſumitur ab apparenti exterius, ſcilicet á movere ſe, ſed imponitur ad ſignificandum naturam cui hoc convenit, 1. q. 18. 2. c.

2 Vita quandoque pro eſſentia rei ponitur, ut Auguſtinus dicit, 1. q. 54. 1. ad 2.

3 Vita primo manifeſtatur per hoc quod aliquid movet ſe; ideo omne movens ſe quocumque motu, vivit proprie, & nihil aliud niſi metaphorice, 1. q. 18. 1. o. & 2. 3. c. & 22. q. 179. 1. c.

4 Manifeſtatur duplici opere, ſcilicet cognitione & motu, 1. q. 85. 1. c.

5 Vita non ſe habet ad vivere, ſicut eſſentia ad eſſe; ſed ſicut curſus ad currere; quorum unum ſignificat actum in abſtracto, & aliud in concreto. Unde non ſequitur, ſi vivere ſit eſſe, quod vita ſit eſſentia: licet quandoque vita pro eſſentia ponatur, ſecundum quod Auguſtinus dicit quod memoria & intelligentia, & voluntas ſunt una vita, & ſic non accipitur á Philoſopho cum dicit, quod actio intellectus eſt vita, 1. q. 18. 2. c. & q. 54. 1. ad 2. & 22. q. 179. 1. ad 1.

6 Vita ſive vivere poteſt accipi tripliciter, ſcilicet pro eſſe viventis, pro operatione vitali, & pro principio directivo artium, ſeu operationum vitalium, 1. q. 18. 2. c. ad 1. & 4. ad 4. & q. 54. 1. ad 2. & 12. q. 3. 2. ad 1. & q. 56. 1. ad 1. & 22. q. 19. 7. c.

7 In Deo eſt perfectiſsime & maxime vita, 1. q. 18. 3. o.

8 Vita Dei eſt eſſentia ejus, 1. q. 18. 4. ad 1.

9 Deus eſt ſuum vivere, ideo non habet principium vivendi, 1. q. 18. 3. ad 2.

10 Vivere Dei eſt ſuum intelligere, 1. q. 18. 3. c. ad 2. & 4. c.

11 Omnia creata ſunt vita in Deo, quia quicquid eſt in Deo, ut intellectum, eſt ipſum vivere Dei, & vita ejus, 1. q. 18. 4. o.

12 Deus eſt vita animæ effective, & mediante gratia, ſed anima eſt vita corporis formaliter & immediate, 12. q. 110. 1. ad 2. & 22. q. 23. 2. ad 2.

13 Quæ ſecundum nullum tempus ſunt, poſſunt dici eſſe vita in Deo, ſecundum quod vivere nominat intelligere tantum, non autem ut nominat principium operationis, 1. q. 18. 4. ad 2.

14 Mala non ſunt vita in Deo, quia non ſunt ab eo creata, nec conſervata, nec habent rationem propriam in Deo; cognoſcuntur enim à Deo per rationem bonorum, 1. q. 18. 4. ad 4.

15 Vita rerum attribuitur Spiritui Sancto, inquantum res moventur à Deo; ſed vita rerum appropriatur verbo, inquantum ſunt in Deo ut cognitæ ab eo, 1. q. 18. 4. c.

16 Chriſtus non debuit eligere vitam ſolitariam, ſed converſari familiariter cum hominibus, ut doceret publice, liberaret, & attraheret eos, 22. q. 25. 6. ad 5. & 3. q. 40. 1. o. & 2. c. ad 3.

17 Non vixit ſemper in publico, ſed quandoque ſolitarius, propter exemplum, quietem, & orationem, & ut vitaret favorem & oſtentationem, 3. q. 40. 1. ad 3.

18 Elegit vitam activam, non quidem corporalem, ſed ſpiritualem, ſcilicet doctrinæ & prędicationis, quia eſt optima, 3. q. 40. 1. ad 2. item 2. ad 3.

19 Non debuit ducere vitam auſteram, ſed conformem aliis in cibo & potu, 3. q. 40. 2. o. & q. 41. 3. ad 1.

20 Vita naturalis pertinet ad ſubſtantiam hominis; ideo non ſuſcipit magis & minus, 12. q. 112. 4. ad 3.

21 Vita uniuſcujuſque hominis eſt id in quo maxime homo delectatur, & cui maxime intendit, 1. q. 18. 2. ad 2. & 22. q. 81. 1. ad 5. item q. 179. 1. c.

22 Vita hominis duplex, ſcilicet corporalis & mentalis; ſecundum vitam ſecundam, eſt nobis communicatio cum Deo & angelis, hic quidem imperfecte, ſed in patria perfecte; non autem ſecundum primam, 1. q. 95. 1. ad 1. & 22. q. 23. 1. ad 1.

23 Vita hominis triplex, ſcilicet practica, ſpeculativa, & voluptuoſa; prima proprie eſt humana, ſecunda angelica, ſed tertia beſtialis, 12. q. 3. 2. ad 1. & 22. q. 179. 2. ad 1. & ad 3.

24 Vita abſtinentium in ſolitudine, & vita communis in communi converſatione, approbantur exemplo Chriſti, & Joannis Baptiſtæ, 3. q. 40. 1. ad 1.

25 Vita in univerſali non dividitur per vitam activam, & contemplativam, ſed tantum vita hominis, 22. quæſt. 179. 1. ad 2. & 2. c.

26 Vita hominis ſufficienter dividitur per vitam activam, & contemplativam, 22. q. 179. o.

27 Activa eſt tantum in hac vita, 1. q. 20. 4. ad

4. *ad* 3. & 12. q. 67. 1. *ad* 2. & q. 68. 6. *ad* 3. & 22. q. 81. 4. *o.*

28 Activa conſiſtit in omnibus agibilibus, ſed principaliter in iis quę ad alterum ſunt, ſicut in optimo agibili, ſcilicet in actibus juſtitiæ, 22. q. 181. 1. *ad* 1.

29 Omnes actus virtutum moralium pertinent eſſentialiter ad vitam activam, etiam actus prudentiæ, 22. q. 180. 2. *c.* & q. 181. 1. 2. *o.*

30 Cognitio practica agibilium pertinet eſſentialiter ad vitam practicam, non autem cognitio factibilium; ſed cognitio ſpeculativa æternorum præexigitur ad vitam practicam tantum ut cauſa, non autem eſſentialiter, 22. q. 181. 2. *o.*

31 Vita activa duplex, ſcilicet interior, & exterior, prima adjuvat vitam contemplativam, non autem ſecunda, ſed impedit eam, 22. q. 182. 3. *o.*

32 Vita activa diſponit ad vitam contemplativam, quam nullus poteſt aſſequi perfecte, niſi prius ſit perfectus in vita activa, 22. q. 181. 1. *ad* 3. & q. 182. 1. *ad* 2. & 4. *c.*

33 Vita contemplativa directius, & immediatius eſt ad dilectionem Dei, quam proximi, ſed activa eſt é converſo, 22. q. 182. *c.* & q. 188. 2. *c.*

34 In vita contemplativa homo convenit cum Deo, & Angelis, ſed in vita activa cum animalibus, licet imperfecte, 12. q. 3. 5. *c.*

35 Vita contemplativa habet Deum familiatiorem, ſed vita activa eſt fructuoſior; ideo prima ſignificatur per Joannem, propter hoc prædilectum à Chriſto, ſecunda vero per Petrum, 1. q. 20. 4. *ad* 3.

36 * Vita contemplativa ſecundum ſuum genus eſt ſimpliciter nobilior, & majoris meriti, & prior, quam activa, 12. q. 57. 1. *c.* & 22. q. 152. 2. 4. *c.* & q. 153. 2. *ad* 1. & q. 182. 2. *o.* & q. 188. 5. *o.* & 3. q. 40. 1. *ad* 2.

37 * Opus activæ vitæ duplex, ſcilicet ſpirituale, ut prædicare & docere, & corporale, ut recipere hoſpites, & ſervire infirmis; primum eſt melius quam ſint opera vitæ contemplativæ, non autem ſecundum, 22. q. 188. 6. *c.* & 3. q. 40. 1. *ad* 2.

38 Victa activa in præſenti durabilior eſt quam vita contemplativa, ex defectu noſtro, non autem ſecundum ſe, 22. q. 181. 4. *ad* 1. item *ad* 3.

39 Ambæ poſſunt eſſe ſimul in eodem, 22. q. 182. 1. *ad* 1. & *ad* 3.

40 Quidam ſunt aptiores ad vitam activam, quam ad contemplativam, quidam autem é converſo, 22. q. 182. 4. *ad* 3.

41 Prædicatores, & prælati debent eſſe perfecti in vita activa, & contemplativa, 22. q. 182. 1. *ad* 1.

42 Vita ſpeculativa eſt ſupra hominem, 22. q. 51. 1. *c.* & q. 188. 8. *ad* 5.

43 * Vita contemplativa eſt tantum in intellectu, 22. q. 180. 1. *o.* & 2. *ad* 1. & 7. *ad* 1.

44 Vita cotemplativa principaliter conſiſtit in contemplatione divinæ veritatis, ſed diſpoſitive conſiſtit in contemplatione cujuſlibet veritatis, 22. q. 180. 4. *o.* & 7. *c.* & q. 181. 4. *ad* 2. item q. 182. 2. *c.*

45 Vita contemplativa habet unum actum principalem, ſcilicet contemplationem veritatis, in quo maxime perficitur veritatis contemplatio, & habet multos actus ſecundarios, 22. q. 180. 3. 4. *c.*

46 Ad eam quatuor pertinent, ſcilicet virtutes morales, aliqui actus, contemplatio effectuum Dei, & Dei contemplatio, 22. q. 180. 4. *c.*

47 Et eſt diuturna dupliciter, ſcilicet ſecundum ſe, ideſt ratione objecti, ſcilicet Dei, & quia caret contrario, & quoad nos, quia eſt in intellectu, & ſine labore, 1. q. 20. 4. *ad* 3. & 22. q. 180. 8. *o.*

1 Vitium uniuſcujuſque rei videtur eſſe, quod non ſit diſpoſita ſecundum quod convenit ſuæ naturæ, 12. q. 71. 1. 2. *c.*

2 Vitium eſt habitus, aut affectio animi in tota vita inconſtans, & à ſeipſa diſſentiens, ſecundum Tullium, 12. q. 71. 1. *ad* 3.

3 Vitium in tantum eſt contra naturam hominis, inquantum eſt contra ordinem rationis, 12. q. 71. 2. *c.* fin.

4 In plus ſe habet vitium quam ægrotatio vel morbus, tam in anima quam in corpore; ſicut etiam virtus in plus ſe habet quam ſanitas; & ideo virtuti convenientius opponitur vitium, quam ægrotatio, vel morbus, & vitium poteſt eſſe ſine eis, & non è converſo, 12. q. 71. 1. q. 71. 1. 3. fin. & 2. *c.* princ.

5 A vitio nomen vituperationis detractum creditur, ſecundum Aug. 12. q. 71. 2. *c.*

6 Vitia ſumunt ſpeciem à fine proximo, genus autem & cauſam á fine remoto, 22. q. 11. 1. *ad* 2. & q. 111. 3. *ad* 3.

7 Non eſt contra rationem vitii capitalis, quod unum capitale oriatur ex altero, quia invidia manifeſte oritur ex vana gloria, 22. q. 36. 4. *ad* 1. & q. 118. 7. *ad* 3. & q. 132. 4. *ad* 1. & q. 153. 4. *ad* 1.

8 Non oportet filias alicujus vitii capitalis eſſe ejuſdem generis cum eo, 22. q. 118. 8. *ad* 1. & q. 153. 5. *ad* 2.

9 Vitia opoſita virtutibus theologicis non reducuntur ad capitalia, ſicut nec virtutes theologicæ ad cardinales, 22. q. 10. 1. *ad* 3.

10 Vitia carnalia in tantum magis extinguunt judicium, quantum longius abducunt à ratione, 22. q. 43. 6. *ad* 3.

1 Vituperatio creditur trahere nomen à vitio ſecundum Auguſtinum quia de hoc quęlibet res vituperatur, 12. q. 71. 2. *c.*

2 Vituperium debetur ſoli culpæ, ſed reſpicit quemcumque defectum, ſecundum opinionem humanam, 22. q. 44. 2. *o.* & 3. *c.*

3 Virtuoſi contemnunt vituperium, ſed imperfecti verecundantur, 22. q. 144. 2. *ad* 1. & 4. *ad* 3.

1 Vivere, ſumitur dupliciter, ſcilicet pro eſſe viventis, & pro operatione ejus, 1. q. 18. 3. *c. ad* 1. & q. 54. 1. *ad* 2. & 12. q. 3. 2. *ad* 1. & q. 56. 1. *ad* 1. & 22. q. 19. 7. *c.*

2 Vivere dicitur eſſe viventis, quia per hoc quod habet eſſe per ſuam formam, tali modo operatur, 22. q. 179. 1. *ad* 1.

Vivificare effective eſt perfectionis ſimpliciter, ideo convenit Deo; non autem vivificare formaliter, 1. q. 51. 1. *ad* 3. & 3. q. 2. 5. *ad* 1. & q. 5. 3. *ad* 2. & q. 50. 2. *ad* 2.

1 Vivum ſive animatum eſt ſuperius ad hominem & ad animal, 3. q. 50 4. *c.*

2 Vivum non eſt prædicatum accidentale, ſed eſſentiale, 1. q. 18. 2. & 3. q. 50. 5. *c.*

1 Ultimum rei duplex, ſcilicet in re, & extra rem, 12. q. 2. 7. *ad* 3.

2 Ultimum dicitur tripliciter, ſcilicet ſimpliciter, in genere, & in ſpecie, 12. q. 1. 1. *ad* 1. fin. & q. 2. 7. *ad* 3. & q. 3. 5. *ad* 3. & q. 5. 8. *c.*

Umbræ, & picturę, & ſomnia dicuntur eſſe falſæ, inquantum non ſubſunt res, quarum habent ſimilitudinem, 1. q. 17. *c. ad* 2. fin.

1 Unctionis extręmæ ſacramenti materia oportet quod ſit conſecrata triplici ratione, ſcilicet quia efficacia ſacramentorum á Chriſto deſcendit propter plenitudinem gratiæ, quæ confertur, & ex hoc quod effectus ejus corporalis, ſcilicet ſanatio corporalis, non cauſatur ex materia naturali proprietate; & hęc conſecratio fit ab epiſcopo tantum, 3. q. 72. 3. *c.*

2 Effectus principalis ejus eſt remiſſio peccatorum, quoad reliquias; ſed conſequenter quoad culpam mortalem, vel venialem ſi inveniat, nec recipiens ponat obicem, 3. q. 65. 1. *c.*

3 In ultima unctione infunditur gratia, quę effectum ſacramento prębet, 3. q. 87. 3. *c.*

4 Et remittit peccatum quoad maculam, per gratiam quam infundit, & quoad reatum pœnæ, fortificando ſubjectum, & quoad reliquias, ideſt quoad debilitatem mentis, non autem diſpoſitiones & habitus cauſatos ex actibus peccatorum, 3. q. 65. 1. *c.*

5 In extrema unctione confertur perfecta ſanitas ſpiritualis, 3. q. 84. 1. *ad* 1.

6 Hoc ſacramentum immediate diſponit hominem ad gloriam: ideo non debuit figurari per aliquod ſacramentum veteris legis; niſi remote per omnes curationes ejus, 12. q. 102. 5. *ad* 3. item 3. q. 65. 1. *ad* 4.

7 Unctio baptizatorum in vertice, ſignificat eminentiam dignitatis tripliciter, ſcilicet legalis, ſacerdotalis, & collatę, 3. q. 72. 11. *ad* 3.

8 * Unctio chriſmatis non propter digniorem partem capitis, ſed propter potiorem effectum epiſcopis reſervatur, 3. q. 72. 11. *ad* 3. fin.

9 * Unctio chriſmatis qua ſignatur baptizatus in ſummitate capitis per ſacerdotem, per epiſcopum autem in fronte, ut in priori unctione ſignificetur ſuper ipſum Spiritus Sancti deſcenſio, ad habitationem Deo conſecrandam; in ſecunda quoque ut ejuſdem Spiritus Sancti, ſeptiformis gratia cum omni plenitudine ſanctitatis & ſcientię, & virtutis, venire in homine declaretur, 3. q. 72. 11. *ad* 3.

Unigenitus eſt Chriſtus, quia ſolus eſt naturalis filius; ſed dicitur primogenitus, quia ſunt alii filii Dei, ſed adoptivi, 1. q. 33. 3. *c. ad* 2. & q. 41. 3. *c.*

1 Unio triplex, ſcilicet ex integris & perfectis, ex tranſmutatis, & ex imperfectis, 3. q. 2. 1. *c.*

2 Unio animę & corporis eſt de ratione hominis, 3. q. 50. 4. *c.*

3 Prima unio hominis in Deum eſt per fidem, ſpem, & caritatem, 12. q. 68. 4. *ad* 3. & *ad* 4.

4 Unio hæc eſt aliquid creatum, ſcilicet relatio exiſtens in natura humana realiter; in Deo autem ſecundum rationem tantum, quia prout eſt in Deo, non eſt aliquid ſecundum rem, ſed ſecundum rationem tantum, 3. q. 2. 7. *o.* & 8. *c.*

5 Unio Verbi Dei facta eſt in perſona divina, & non in natura, contra Eutychetem 3. q. 2. *o.* & 6. *c.* & 12. *ad* 1. & q. 3. 1. *c.* & q. 9. 2. *ad* 1. & q. 13. 1. *c.* & q. 18. 1. *c.* & q. 46. 12. *c.* & q. 50. 2. *o.* & q. 53. 1. *ad* 2.

6 Facta eſt in ſuppoſito, ſeu in hypoſtaſi, 3. q. 2. 3. *o.* & 6. *c.* & q. 16. 1. *c.*

7 Natura humana non eſt unita Verbo accidentaliter, 3. q. 2. 1. *c.*

8 Anima & corpus in Chriſto uniuntur, 3. q. 2. 5. *o.* & q. 16. 1. *c.*

9 Natura divina unita eſt non ſolum animæ, ſed etiam corpori Chriſti, 3. q. 2. 10. *ad* 2.

10 Hęc unio eſt maxima ex parte ejus in quo facta eſt, non autem ex parte unitorum, 3. q. 2. 9. *o.*

11 * Unio quodammodo poteſt dici naturalis Chriſto ex ipſa nativitate, non autem ex principiis naturę humanę in ipſo, 3. q. 2. 12. *c.* & q. 7. 13. *ad* 2. & q. 34. 2. *ad* 2.

1 Una eſt res quælibet per eſſentiam ſuam, 1. q. 6. 3. *ad* 1. & q. 11. 4. *ad* 3. & q. 76. 7. *c.*

2 Subſtantia habet per ſe unitatem vel multitudinem, ſicut & eſſe, non autem accidentia, ſed habent á ſubjecto 1. q. 39. 3. *c.*

3 Ubi-